



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vitis Aqvilonia seu Vitæ Sanctorvm Qvi Scandinaviam  
Magnam Arctoi Orbis Peninsvlam Ac præsertim Regna  
Gothorum Sueonumq[ue] olim rebus gestis illustrarunt**

**Vastovius, Johannes**

**Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXIII.**

Colo. II. Episcopus Lincop. C.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38534**

COLO II. EPISCOPVS LIN-  
COPEN. FLORVIT ANNO  
CHRISTI 1252.

INNOCENTIO IV. Pontifice.

GUILHELMO Rege Roman.

ERICO XI. Rege.

*Colo vir me-  
morabilis.*

*Instrandum  
non fia culpa  
violatum in se  
punit sacrificii  
abstinentia &  
Hierosolymita-  
nana peregrina-  
natione.*

OLO Episcopus Linopensis vir dictorum ac fa-  
ctorum gloria clarissimus, accersitis à Duce Bir-  
gero Ierl (cum certa fuissent præmissa pacta) ad  
colloquium Folchungis Regis hostibus de Birge-  
ri integritate benè persuasus iureiurando fidem suam de eo.  
rum saluo accessu & recessu interposuit, sed trucidatis à Rege  
contra pacta Folchungis, Colo grāde se piaculum pérpetras-  
se ratus (ut solent viri sanctivel leuissima nō leuiter aestimare  
atque adeo in scipsis castigare) nunquam deinceps eo ore san-  
ctissimum Christi corpus consecrare voluit, quod perillustri-  
bus viris interitus occasionem præbuisset. Quin relicta Ec-  
clesia Episcopali & patria ad Christi sepulchrum profectus,  
vitā peregrinatione & exilio voluntario finiuit, anno circiter  
Domini Millesimo Ducentesimo quinquagesimo secundo.

De eo Ioan. Mag. lib. 19. Hist. Got. cap. 17. Chron. Episcoporum Lincop.  
transitum eius ad annum referre videtur 1286, sed mendose: tum enim post Birge-  
rum Ierl & Valdemarum eius filium rerum potiebatur Mag. Ladelos.

S. IN-